3455 Veronae in amphitheatro super fornicibus exterioris ingressus, qui sunt numero LXXII, numeri inscripti fuerunt, quorum hi supersunt:

a Rep. Veronae in muris domus Pindemontianae inter alia rudera ex amphitheatro ablata.

|XXII

Barth. Giuliari *riflessioni intorno ad una lettera del Venturi* (1817) p. 9; *relazione degli scavamenti fatti nell' anfiteatro* 1818 (1818) tab. 2 n. 9.

b. c. d. e adhuc locis antiquis.

LXIIII

LXV

LXVI

LXVII

Descripsi. Ante extremam iam adiecta est alterius similis tituli fragmentum hoc L|. Referunt Morosini in itin. a. 1598 p. 52 (qui numeros superesse ait a LX ad LXV); Persico *descr. di Verona* 1, 163; alii.

3456 Veronae in amphitheatro rep., *pezzo di grado con un labbro alla sponda coll' iscrizione in fronte* CARLI. Periisse scribit Barth. GIULIARI *lett. concernenti l'anfiteatro* p. 32.

I LOC · IIII
LIN · I·

Carli ant. Ital. 2, 243 ex commentariis ms. Ioh. Bapt. Bertolini scriptis 19 Nov. 1788, apud quem sit fides.

3457 Veronae *scoperta da me in un horto vicino alle terme, giaceva a sostenere la terra d'un argine, et hora ridotta nel mio museo* MOSCARDUS. Inde a. 1817 venit in philharmonicum.

THERMARVM · RESTITVTIONI
ADIECTA · EST
D · PVBLICE · D

Contuli. Habent Moscardo mus. 1656 p. 89 aere expressam et *stor.* p. 22; Mur. ms. et 491, 6; Dionisi ms. f. 10. Damnavit Maffeius in arte crit. p. 196, quod cur fecerit, ipse credo ignoravit.

3458 fragmenta minora, Veronae in theatro reperta et servata.

QVAE · \

ER

V

·EPE
VSL

littera maxima V

litterae magnae A I L

VAI

D *m*

S L
B A

Descripsi.

3459 Veronae in domo marchionum de Malaspinis.

D · M
AEDONI · SECVTORIS
PVG*n.* VIII
EXACCINA · ARIANILLAE
5 QVI·VIX·AN·XXVI

Sarayna servavit f. 46 (inde Panvinius ant. Ver. ms. f. 126', nam ed. omisit; Tinto p. 140; Grut. 334, 1 ex Sarayna et Onufrii schedis; Lisca et Cozza p. 244).

Versuum divisio incerta; retinui Gruterianam. — 3 PVGV Sar., PVGNA Tinto, PVGN Panv. — 4 FLACCINA coniecit Gudius; mihi in mentem venit EX FAMILIA. — ARIANILLA Panvinius, ex corr. opinor. — 5 VIXIT Tinto. — XXV Tinto.

3460 Veronae in fano divi Proculi CYRIACUS; subtus altare *add.* MARCAN. in quodam altari *add.* FELIC. similiterque POSTERIORES; ante portam maiorem S. Proculi PALERMUS. Deinde in museo philharmonico n. 411.

Q · CATIO
PHOTINO
VESTIARIO
NICEPHORVS·L*B*
5 PATR*ON* · OPTIM
ET · *SIBI* · *V* · *F*

Contuli. Habent antiqui omnes: Scalamontius cod. Tarvis. f. 93 n. 13; Felicianus n. 4; Marcanova Mut. f. 116' n. 7; Ferrarinus f. 4'; Redianus f. 63' n. 8 (inde Gud. 347, 5); Gammarus f. 122; Lilius f. 32'; Iucundus f. 64 n. 14; Apianus 332, 6; Donius 16, 11 ex ms. ant.; Mur. 971, 3 ex schedis Farnesiis et Iacobi Valerii; deinde Bononius cod. Tarvis. a. 1517; Io. Bembus f. 132; Sarayna certo ex lapide apud Pacedianum ms., ed. Lat. f. 47, Ital. f. 82; Panvinius p. 228; Carotus f. H'; Nicolio *hist. di Rovigo* (ed. 1 Ver. 1582) p. 8; Smet. 168, 13 ex Apiano et Symeonio; Grut. 650, 7 ex Apiano Symeonio schedisque Sculteti; Palermus in add. ms. ad Saraynam; Maffei M. V. 134, 2; cod. Lugd. XXIV Pap. 14.

1, cuius versus litterae dimidiatae sunt, Q·CATIO Felic. curis secundis (nam additum est in Marciano libro, cum a prima manu sit in Veronensi) Paced. Bonon. Symeon Panvin. Palermus ego, Q· CAFIC Sarayna et Nicol., Q· CAESIO Carotus, Q·CLAVDIO Maff., omittunt reliqui. — 4. 5. 6 quae hodie desunt lapide attrito, explevi cursivis secundum exempla antiqua proba Scalamontii Gammari Pacediani (nisi quod hic 4 LB) Bononii Bembi (qui non habet V F), quae etiam nexus et versuum ordinem retinent omnia.

3461 Veronae ad S. Liberatam ANT. et RELIQUI ibidemque, scilicet in ecclesia SS. Syri et Liberae, adhuc. — Falsum exemplum, quod item vidi, extat Colognolae in hortis Nichesolae.

C · CORNELIVS
MELIBOEVS
SIBI·ET
SENTIAI
5 ELIDI·MEDICAI
CONTVBER
SENTIAI · ASTE *I*

Contuli. Habent Antiquus, scilicet Redianus f. 65 n. 41; Gammarus f. 87; Lilius f. 44; Sanutus f. 67; Sarayna Lat. f. 46, Ital. f. 78 (inde Panvinius p. 228; Carotus f. D; Grut. 636, 3 ex Sarayna et Panvinianis); Dionisi ms. f. 7.

7 in. SE litterae hodie latent. — Infra integra videtur, sed potest deesse littera una in fine v. 7.

3462. 3463 basis quadrata magna. Veronae *lapide mobile al Ponte delle navi* VENTURI. Deinde certe ab a. c. 1811 Altichieri in villa Quiriniana FERR. FURL. Nunc in museo Estensi n. 122. — Rep. Montericci in montibus Euganeis FURLAN. (ed.) errore; in ms. de origine tacet.

3462 *ab una parte:*

M · FLAVIVS
patera L·F *urceus*
FESTVS
AES

3463 *ab altera parte:*

TINIATIVS
QVASAVNAI
M · F · F
MARIO

Contuli; lectio certa est. Venturi ms. in schedula solitaria una cum n. 3929; Ferretus inscr. Pat. 4, 37; Furlanettus ms. et lap. Pat. p. 373 n. 469.

In anticae v. 4 collato n. 3944 apparet legendum esse *Aesian*; quo nihil aliud videtur significari nisi hos homines patriam habuisse Aesium Umbriae; similiter n. 3945 adscriptum est *Ari(minensis)*. — In postica hoc videtur enuntiari Tiniatium servum Quasaunae uxoris M. Flavii Festi monumentum fecisse alteri servo nomine Mario.

3464 Veronae in porta geminata ex amphitheatro nostro ablata [haec somnia sunt] et nunc in arce vete riposita FELIC. MARCANOVA (Mut.) IUC.; in porta Liguria nunc castri veteris GAMM. MARCANOVA (Bern.); eundem locum, scilicet in via *Corso vecchio*, nunc *Corso Cavour*, ibi ubi adhuc est *Castel vecchio*, indicant RELIQUI. Die 29 Aug. 1805 *'per una immaginata e supposta militare precauzione'* (verba sunt Persici) arcus ille, sive quadrifrons erat, deiectus est et quamquam vices regis eo tempore faciens Eugenius eundem denuo ex iisdem saxis refici iussit, ne hoc quidem perfectum est. Saxa ea per multum tempus neglecta iacuerunt *nella piazza della Cittadella;* iam quae inde restant, servantur in amphitheatro.

a parte arcus portam versus:

1. *sub aedicula, in qua statua olim fuit:*

C · GAVIO · C · F
STRABONI

2. *sub simili aedicula:*

M · GAVIO · C · F
MACRO

a parte arcus forum versus:

3. *sub aedicula simili:*

inscriptio detrita

4. *sub aedicula simili a dextra intuenti:*

GAVIAE · M · F

5. *intra fornicem in porta intus:*

L · VITRVVIVS · L · L · CERDO
ARCHITECTVS

6. *intra fornicem in porta intus:*

L · VITRVVIVS · L · L · CERDO
ARCHITECTVS

Contuli quod superest ex titulo secundo; praeterea in saxis quibusdam ex arcu reliquis numeros hos observavi VI et XIII, incisos opinor Romana aetate operarum causa antequam suo loco in opere collocarentur. Habent modo omnes titulos, modo partem tantum eorum Marcanova Bern. n. 353 inter Cyriacana antiquissima, item Bern. n. 640. 641, Mut. f. 118 n. 19; Felicianus Ver. n. 21—24; Redianus f. 63 n. 13, f. 69 n. 108; Mar. Sanutus in itin. a. 1483 p. 101, cod. f. 68; Ferrarinus f. 9'; Gammarus f. 126; Lilius f. 42'; Iucundus f. 65 n. 22. 23. 24. 25 et f. 103 n. 51; Apianus p. 331, 3. 4; item Raynerus cod. Flor. Marucell. A. LXXVIII 2 f. 32; cod. Vat. 6039 f. 368' 'ex manuscripto Vitruvii codice Marcianae Flor. bibliothecae'; Bononius cod. Tarvis. a. 1517 et cod. Cicognae 1874 f. 38; Serlio *reg. gen. d'architettura* (ed. primum a. 1537: adhibui ed. a. 1559) l. 3 p. 127; Sarayna apud Pacedianum ms. et Lat. f. 20. 48', Ital. f. 77'. 87'; Panvinius in add. ms. ad Sar. f. 49, ed. p. 97. 227. 228; Manutius cod. 5235 f. 8; Smetius 146, 15 ex Sarayna; Grut. 186, 4 ex schedis Sculteti et Sarayna; Palermus p. 74; cod. Lugd. XXIV Pap. 14; Moscardo *stor.* p. 35; Mur. 1466, 7 ex schedis Passionei; Maffei Ver. ill. 2, 11 et M. V. 195; Orelli 4145. De deiectione arcus egerunt Pinali *notizie del cenotafio denominato arco de' Gavj demolito in Verona Agosto 1805* (Brixiae 1805. 8. pp. 45) et Persico *descr. di Verona* 1, 84. Superesse adhuc inter rudera inscriptionem L. Vitruvii Venturius scribit *stor.* 1, 42, quamquam non affert a se ex lapide descriptam.

Variam lectionem non dabo nisi praecipuam meliorumque auctorum, inter quos maximam fidem merentur Gammarus et Pacedianus. — In quarta GAVIAE Gamm. Lil. Pac. Maff. alii, C · AVIAE Marcan. (Bern.) Red., C · AVILIAE San. (cod.), GAVIA Felic. (nisi quod in Veneto libro corr. est) Marcan. (Mut.) Ferr. — M·F probi auctores, C·F Panv., C·M·F Grut. Uno versu Gamm. Lil. Pac. Maff., duobus reliqui fere. — 5 sic Gamm. Lil. Iuc. Pac. Maff. et fere reliqui, nisi quod VITRVRIVS Felic. (Marcian.) habet, ARCHITECTA cod. Lugd. et vv. divisionem plerique neglegunt; C·VITRVVIVS·CAERDO·ARCHITECTVS Marc. (Bern.). — 6 sic Maff., uno v. Pacedianus; plerique non repetunt titulum.

Vitruvii titulum contra eos qui sine idonea causa damnarunt recte defendit Maffeius art. crit. p. 197. Architectus arcus huius etsi certe non fuit L. Vitruvius Pollio is cuius extant libri de architectura, tamen potest esse discipulus eius ab eo manumissus; nam optimae aetatis arcus fuit barbare deiectus tempore non barbaro. 'Arcus castri veteris', ait iam Sarayna f. 14, 'ut ex litteris in eo incisis perspicitur, factus fuit tempore Gnei Strabonis patris Pompeii Magni, qui primus deduxit colonias Transpadanas'. — Quem affert Panvinius p. 168 titulum: C·GAVIVS·F·STRABO | MAXIMVS, disserens ibi de praefecto praetorio sub Antonino Pio Gavio Maximo, aut fictus est aut certe ad Veronam non pertinet.

3465 Veronae in domo Taurelli Saraynae muro impacta SARAYNA, PALERMUS (in add. ms. ad eum). In hortis Iusti LISCA GUD. BIANCHINI. Deinde in museo publico n. 208.

D M
GENERo
SO · RETIAR
O · INVICTO
pugio PVGNARVM *tridens*
XXVII · N̄ · ALE
XANDRN QVI
PVGNAV^IT VR

tutis causa?

Contuli. Habent Sarayna Lat. f. 48', Ital. f. 81' (inde Panvinius ant. Ver. ms. f. 126', nam ed. omisit; Tinto p. 140; Grut. 333, 8 ex Sarayna et schedis Onufrii); Lisca et Cozza p. 240; Gudius in notis ad Gruteri ed. 2; Bianchini cod. ms. bibl. capit. n. 353 f. 31; Maffei Ver. ill. 4, 73, M. V. 125, 4 (inde Mur. 612, 5; Orelli 2578).

3466 Veronae in hortulo divi Zenonis.



D · M
GLAVCO · N̄ · MVTI
NENSIS · PVGNAR
VII · ⊖ · VIII · VIXIT
ANN · XXIII · D · V
AVRELIA · MARITO
B · M · ET · AMATORES
HVIVS · PLANETAM
SVVM
P R O C V R A R E
VOS · MONEO · IN
NEMESE · NE · FIDEM
HABEATIS
SIC · SVM · DECEPTVS
AVE · VALE

Servavit Antiquus: scilicet habent Felicianus n. 11; Marcanova Mut. f. 117' n. 12; Ferrarinus f. 7 (ex hoc Malvasia p. 63, inde opinor Fabretti 709, 307).

Versuum divisio incerta; retinui tamen Marcanovanam. — Anaglypha exhibui secundum Felicianum; significantur sine dubio pugio et tridens; de tertio non liquet. — 2 MVTINENSI emendatur apud Felicianum (Marcian.) et sic Ferrar. (Traiect.); REGIENSI ex interpolatione idem in codd. recentioribus (Paris. Regiens.). — 4 QVI pro VIII ex interpolatione Ferr. — 10 PROCVRARET Marcan. — 12 NEMESI Marcan.

D(is) m(anibus). Glauco, n(atione) Mutinensis, pugnar(um) VII, (mortuus octava), vixit ann(os) XXIII d(ies) V. Aurelia marito b(ene) m(erenti) et amatores huius. Planetam suum procurare vos mōneo; in Nemese ne fidem habeatis; sic sum deceptus. Ave. Vale.

3467 Veronae in S. Salvatoris ecclesia, ubi coria conficiuntur FELIC. MARCAN. in S. Salvatore sub altari SANUTUS.

L · HELVIDIO · THALLO
NATVS · AMASTr · PONT · ⊖ · LVNAE
VIXIT · ANN · LXX · D · VII
L · HELVIDIVS · MARCIANVS · FRATER

Servavit Antiquus exemplo corrupto apud Sanutum f. 68, ex coniectura emendato apud reliquos Felicianum n. 38, Marcanovam Mut. f. 119 n. 32, Ferrarinum f. 12, Mur. 1171, 7 ex schedis Pseudo-Pacediani et Farnesiis.

Vv. divisio incerta. — 1 TNALIO San. — 2 AMASTI PONT CELINVNAE San., AMABIL · PONTOLYNAE Felic., AMABILI · PONTOLINAE Marcan. — 4 HELIDIVS San. — MARTIANVS Marcan., MGIANVS San. — FRATER San., PAT reliqui.